

**Avgvstini Valerii, Veronensis Episcopi, De Rhetorica  
Ecclesiastica Libri III. Perqvam Ervditi**

**Valiero, Agostino**

**Coloniae, 1582**

De vsu Enthymematum, & epilogus huius secundi libri. Cap. XLV.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-69050](#)

De vsu Enthymematum, & epilogus huius secundi libri.

## Cap. XLV.

**D**E VSU ENTHYMEMATUM, CUM DE VSU EXEMPLORUM  
& SENTENTIARUM DIXERIMUS, BREUITER EST DICENDUM.  
CONFICIUNTUR Igitur ENTHYMEMATA, VT ALIO LOCO DIXIMUS,  
EX PROPOSITIONIBUS VERIS, AC ETIAM INDICYS NON LONGE PETI-  
TIS, NEQUE OBSCURIS, SED EX PROXIMIS & APERTIS, VT FACILIUS  
IN RUDIUM ANIMIS IMPRIMANTUR; QUEMADMODUM FECISSE  
SANTOS PAIRES, FACILE EST OBSERUARE. CUM AUT QUÆDAM ABBES  
BEANTUR AD CONFIRMANDÙ, QUÆDAM AD REFELLENDUM; EX EIS-  
DEM LOCIS SUMUNTUR, MULTO TAMEN CREBRIUS, VBI CATHOLICE  
VIUITUR, ENTHYMEMATA ADHIBEANTUR AD CONFIRMANDUM,  
QUAM AD REFELLENDUM. CUM AUTEM ORATOR CONFUTAT PER-  
UERSAS VULGI OPINIONES, VERBI CAUSA VOLUPTATEM ESSE SUM-  
MUM BONUM: DIVITES ESSE BEATOS: VOLUPTATIBUS ESSE INDUL-  
GENDUM: MORTEM ESSE MAXIMUM MALUM; SIMULANDUM,  
DISSIMULANDUM; SPETACULA, & OMNIA OBLECTATIONUM GE-  
NERA QUÆRENDA: AUT PRAUAM ALIQUAM OPINIONEM, QUÆ IN-  
UASERIT, STUDET EUELLERE; ABUNDARE FACILE POTERIT PROPOSI-  
TIONIBUS, TUM SUMPTIS A SACRIS LITERIS, A TRADITIONIBUS, AB  
ECCLÆSIAE AUTHORITATE, & SANCTORUM PATRUM, & AB ALIJS,  
DE QIBUS DIXIMUS, TUM A LOCIS COMMUNIBUS; IN PRIMIS A  
DEFINITIONE, AB ANTECEDENTIBUS, A CONSEQUENTIBUS, & A CAU-  
SIS, DE QIBUS ETIAM EGIMUS. NOS CUM DE MATERIA ECCLÆ-  
SIASTICI ORATORIS, & DE VARIJS PROBATIONIBUS, DE Q[UA]Z RATIONE  
COMMUNENDORUM ANIMORUM DIXERIMUS; IAM AD TERTIAM  
HUIUS OPERIS PARTEM QUA DE ELOCUTIONE ECCLÆSIASTICA ERIT,  
ACCEDAMUS, MONENTES CLERICOS, NE HABETES CONCIONEM AD

140 DE RHETO. ECCL. LIB. SECVN.  
populum, temerè disputationes instituant contra hæreticos, eorum argumenta non commemorent, nè fortè in vanitatis suspicionem incident, & simpliciū mentibus scrupulos injiciant. In vniuersum dicant, miseros esse hæreticos, relicta acie Christi, transfugisse ad aciem sathanæ; nō posse quenquam habere Deum patrem, qui Ecclesiam noluerit habere matrem; scelestam esse nouitatem, bene fundatam vetustatem non esse subruendam, martyrum sanguine, & doctissimorum sanctissimorumq; hominum vigilijs stabilitam Ecclesiam sequendam; sanctis concilijs, & tot seculorum incorruptis iudicij confirmata Ecclesia sanctæ dogmatæ tenenda; trans fugas esse hæreticos, discipulos sathanæ, periurbatores pacis, inimicos Dei, corruptores morum, seditionis magistros, & rerum publicarum euersores, seditionosos, perniciosæ libertatis, vel potius licentiae authores. Nec etiam est necessè hæreticorum nomina, in catholicorum hominum cœtu commemorare, sed utilius duxerim, vt pernicioſas eorum opinioneſ à doctissimis hominibus, multis iam seculis confutatas & exploſas, silentio reūcerent, tempusq; rem preciosissimam, in explicatiōne diuinae legis, in gratiarum actione, inhortatione ad pœnitentiam, & ad beatam vitam consequendam, ponerent.

FINIS SECUNDI LIBRI.

DE